Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Humilitatis bona sunt sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Humiliauit ſemetipſum factus obe-diens, &c. Et Gregorius. Quanta uir- Grego.
tus humilitatis propter quam ueraci-ter edocendam; his qui ſine æxtima-tione magnus eſt, uſque ad paſſionem paruulus factus eſt. Et quod in tertio loco dici debebat, in conuerſando, idcirco non ſolum parentibus ſubditus fuit, ſed etiam cum publicanis & meretricibus uerſabatur dum in ætate perfecta fuerat, quod ſignum maximę humilitatis eſt, dum ad infimos ac uiles declinaret, ob hoc iudæi ſcandalizabantur dicentes. Quare cum publi- Matt. 2
canis et peccatoribus manducat magiſter ueſter, &c. Humilitas Chriſti Luc. 5.
ſuperbiam iudæorum offendebat.

Humilitatis bona ſunt ſex.

PRimum, quia gratiam præparat. Vnde Petrus Apoſt. Deus 1. Pet. 5 & Ia. 4.
ſuperbis reſtitit, humilibus autem dat gratiam. et Salo. Quanto maior es humilia te in omnibus. Notabiliter dicitur. Quanto maior es; Melius ſedet humilitas in maioribus. Vnde Bernar. In alto non altum ſapere, Bernar.
ſed humilibus conſentire, nihil Deo carius, nil rarius apud homines.
Idem. In ueritate didici, nil æque ef- Idem.

ficax eſſe ad gratiam promerendam,
retinendam, et recuperandam, quam
ſi omni tempore coram Deo inueni-
ris non altum ſapere, ſed timere. Vi-
Pro, 28. de Prou. Beatus homo qui ſemper eſt
pauidus. Secundum, quia uia eſt per
Iac. 4. quam itur ad Deum. Iac. Humiliam-
ni in conſpectu Dei, ut exaltet uos,
Gloſſa. ſilicet in uitam, ſicut dicit Gloſſa. Et
Pater Auguſtinus. Ambula per Chri-
ſti humilitatem, ut uenias ad æter-
Bern. tatem. Et Ber. Per humilitatem a-
de ad ſublimitatem, quia hæc eſt u-
& non eſt alia prçter ipſam, qui a-
ter uadit, cadit potius quàm aſcendit.
Tertium, quia ipſa facit hoſpitium
Iſa. ulti. Dei. Iſa. Ad quem autem reſpiciam
niſi ad pauperculum? &c. Anima tran-
quilla & humilis ſedes eſt Dei. Et
Auguſ. Auguſtinus. O quàm excelſus es do-
mine, & humiles corde ſunt domus
tuæ? Quartum eſt, quia orationem
Pſ. 101. exaudiri facit. Pſal. Reſpexit in ora-
Iudi. 9. tione humilium, &c. Iudith. 9. Humi-
lium, et mãſuetorum ſemper placuit
Ecc. 35 tibi deprecatio, &c. Eccl. 35. Quin-
tum eſt, quia hominem à malo libe-
rat, tam culpæ, quàm pœnæ. Vnde
Pſ. 114. Pſal. Humiliatus ſum, et liberaſti me,
3. Re. 21 &c. Et 3. Reg. 21. Nõne uidiſti Achab
humiliatum coram me? Quia humi-
liatus eſt non inducam malum illum

in diebus eius. Paralip. 12. Quia hu- 2,Pa,12
miliati ſunt auerſa eſt ab eis ira domi
ni, &c. Vnde P. Auguſtinus. Humili- Auguſ.
tas cuſtodit in omni temptatione. Sex
ti eſt, quia in futuro glorificat. Iob. Iob, 22
22. Qui humiliatus fuerit erit in glo
ria Prou. Humilem ſpiritu ſuſcipiet Pro. 19
gloria. Matt. Beati pauperes ſpiritu Matt. 5
quoniam ipſorum eſt regnum cælo-
rum. Pauperes ſpiritu ſunt humiles
corde. Ber. Quid humilitate ditius? Bern.
quid prætioſius inuenitur, qua nimi-
rum regnum cælorum emitur, & gra-
tia diuina acquiritur. Cuius natura
eſt ſemper alta petere, ſicut ſuperbiæ
ad ima ruere.

Humilitatis cauſæ multæ.

MVltas cauſas humilitatis in-
uenire poſſumus, ſi diligen
ter attendamus ea quæ ſunt
infra nos, in nobis, juxta nos, et ſupra
nos. Infra nos eſt terra, in qua tres
cauſas humilitatis inuenimus. Prima
eſt, ſi attendimus, quia in eam rouer-
ſuri ſumus, prout nobis dicitur. Ter-
ra es & in terram reuerteris. Secun- Gen. 3.
da, quando terram aſpicimus. Poſſu-
mus cognoſcere ſepulcrum, et cimi-
terium noſtrum eſſe. Vnde quidam